

illis etiam habitam esse, quorum popularis annus minime Solaris erat. De qua re necessario videnda sunt, quae lib. i. cap. vii. disseruimus; cum penes Athenienses offendimus praeter popularem, & lunarem annum, alterum fuisse reconditum, & Solarem, eundemque Juliano supparem, quem ab Aegyptiis acceperant. Quamobrem Solarem annum putabant diebus constare cccxv. horis sex: adeoque quarto anno vertente unum redundare diem. Vagi ac popularis anni circuitus ad Caniculæ fidus, quam Sothin appellabant, tamquam cardinem referebant Aegyptii; ut Horus Apollo, & Porphyrius in Antro docent. Quantum igitur à metis iis vertente quadriennio suo Sol abesset, facile colligebant; & ex τριμνη ἀγριαί, καυρήν, ac vicissim hanc ex illa computabant. Secundo de die, quo Alexandria in potestatem venit Augusti; hoc est, quando mortua Cleopatra penitus illam est adeptus, cum infinita sit apud Dionem mentio, conjectari licet, quartam fuisse τριμνησίαν, sive penultimam

anni veteris. Ea tum Augusti xxix. sed in anno castigato, congruebat. Thoth enim in Augusti xxxi. die versabatur; qui ut ad xxix. perveniret, quinque anni vertentes expectandi fuerunt. Mos autem hic apud Aegyptios erat, ut illustrium quarumque rerum, aut regum epochas ab anni sui Neomenia putarent; tametsi pluribus antè diebus, aut etiam mensibus res ipsæ, vel regum initia contigissent. Quod ex Alexandri, & Philippi Thoth, aliorumque regum, & Imperatorum evidens est: quorum omnium exordia Thoth vocare consueverunt. Cum ergo Senatus decreto iussi essent Aegyptii Julianam amplecti formam, ejusque caput illo die statuere, quo Alexandria positus erat Augustus; ne aut diem unum detrabere cogerentur: aut aliunde, quam à suo Thoth civilium deinceps annum inchoarent: rem in quinquentium distulerunt. quòd eo tempore Thoth in eam stationem succederet, quam epagomenon quarta dies occupasset.



DIONYSII
PETAVII
E SOCIETATE JESU,
DE
DOCTRINA
TEMPORUM
LIBER UNDECIMUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΑ.

ILLUSTRIORES quoque temporum titulos ab conditi orbis initio ad Christi ferè tempora duobus libris comprehendimus. De ipsius Christi natali reliquum erat, ut dicendum videretur. sed nos Scaligeri vestigia persequi maluimus; ac separato postremoque libro cum illam Christi Domini nativitate epocham; tum huic affinem Passionis ejusdem; ac nonnullas alias complecti: velut annorum lxx. quorum meminit Hieremias: totidem annalium hebdomadarum, quæ à Daniele præfigurantur: ac si quæ sunt aliæ, quarum est cum istis conjuncta, & implicata disputatio. His itaque tantisper dilatis, reliquas post Augusti victoriam, ac deinceps consecutas ordine peragrabimus. In his insignis est, & ad illam de natali Christi Domini disputandam questionem necessaria profors, ac velut προοίμιον quædam, Herodiana mortis epocha; à qua libri hujus capiemus exordium. Cum autem multa sint in ea tractanda contra veritatem historia à Scaligero commissa; ut ea facilius postea refutentur, libet ex Josepho, aliisque quibus licebit historicis verum obitus illius tempus adstruere.

CAPUT I.

De Herodis obitu ex Josepho præsertim, & Dionem deque regni illius annis.

HERODIS imperium, & res ab eo gestas primus, & antiquissimus omnium, qui quidem existant, Josephus in historiam retulit: reliqui, qui eadem commentati postea sunt, ex ejus fontibus rivulos suos duxerunt. & tamen incredibile est quantum ab auctore ipso, magistroque suo dissentiant: ex quo intolerabiles quidam in historiam errores, perturbationesque sunt infusa. Horum omnium παρασηματόν, & παρασηματόν, atque illius historice calamitatis si quis fundum esse dicat Eusebium, is à veritate, me quidem judice, non abhorreat. Etenim tam ille in Herodis temporibus digerendis hallucinatus est; ut reliquis, qui eum universi ferè secuti sunt, largissime peccandi fegetem

Pars II.

occasionemque præbuerit. Quamobrem ut & Eusebii, veterumque, qui illius vestigia prefferunt, errata corrigantur; & certa sinceræque ratio temporis illius expendatur; in id incumbendum nobis est, ut quæ apud Josephum de Herodis annis per varios Historiæ libros dissipata leguntur, compendio colligamus. Ac prima quidem illius exordia, & quæ ad initium ejus usque pertinent, superiore libro, capite * xxvi. delibavimus. Duplicem illuc ex Josephi mente imperii Herodis epocham statuimus: alteram in anno Juliano vi. alteram in nono: illam, cum primum rex à Senatu factus est; istam cum expugnatis Hierosolymis, & Hasmoneorum postremo Antigono sublato, solus, ac sine amulo regnare cepit. Nam utrimque Josephus Herodis annos enumerat. Sex igitur, nisi memoria fallit, in locis Josephus Herodis annos nominatim concepit, postquam duplex illud ejus initium retulit. Primus est locus lib. xv. Αρχαιολογίας, cap. vii. ubi annus, quo ad Actium pugnatum est, septimus Herodis vocatur. Erat idem Julianus xv. proinde nono anno Juliano primus Herodis inivit, quæ est ejus epocha posterior. Item cap. xii. ejusdem libri meminit Herodis anni decimi tertii, quo ingenti fame laboratum est in Judæa; in qua Herodis providentia, & magnificentia singulari existit. Inter alia verò frumentum in Aegypto mercatus dicitur; cui tum Petronius præerat. Tum per idem tempus quingentos è satellitio suo delectos auxilio Casari misit; quos Aelius Gallus ad mare rubrum duxit. *ὅτι ἡ τριμνησίαν ἢ συμμαχικὴν ἐπέμψεν Καίσαρι τὸν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἔργου εἰς τὴν αἰχμάλωτον ἀποδύσαντα.* Per illud tempus auxilia Casari submisit, quingentos videlicet delectos è satellitibus, quos Gallus Aelius ad Rubrum mare duxit; & ab eis plurimum est aditus. Non dubium est quin Aelii Galli nomen depravate scriptum sit pro quo Rufinus Eusebium reddit. Legendum est autem Αἰλίου Λαργίου. Nam Aelius Largus anno Urbis dccxxx. nempe Augusto x. C. Norbano Coss. in Arabiam felicem exercitum duxit, ut refert Dio lib. lxxxviii. Fuit is Cornelii Galli socius, & ejusdem accusator: unde ille voluntariam mortem sibi conscivit, anno Urbis dccxxxviii. quo Coss. fuere Augustus viii. Statilius Taurus. Hæc Dio. Quare non potest Cornelius Gallus esse, cujus meminit Josephus: sed Largus.

X

cujus

cujus expeditio commodum incurrit in annum Julianum XXI. qui est Herodis XIV. proximus ab eo quo dira famae Judaeam invasit dicitur. Porro Petronii Aegypti Praefidis mentio fit à Dione libro LIV. anno Urbis DCXXXII. Juliano XXIV. Tertio Josephus libro XV. cap. XIII. scribit, Augustum, cum in Syriam venisset, Tetrarchiam Zenodori in Herodem transtulisse. Idem quoque in libro VII. cap. I. dicit, Augustum, cum in Syriam venisset, Tetrarchiam Zenodori in Herodem transtulisse. Idem quoque in libro VII. cap. I. dicit, Augustum, cum in Syriam venisset, Tetrarchiam Zenodori in Herodem transtulisse.

* Lege xxvi. vide ad hunc annum in lib. XIII.

Quarto Josephus capite XIV. ejusdem libri meminit anni decimi octavi Herodis, quando Templi aedificationem aggressus est: τὴν γὰρ ἐν τῷ Ἡρώδου βασιλείᾳ γενεῖται ἐπιτελεῖται, &c. Tunc igitur cum octavus decimus regni Herodis annus aegeretur. Atqui lib. I. de Excidio, cap. XVI. ait quinto decimo anno regni sui Templum instaurare cepisse. Hic sine dubio Libratorum errore ut, pro in scriptum legitur; uti pluribus disputat Keplerus cap. VIII.

Quinto, lib. XVI. cap. IX. refert, Caesarem Sebasten decimo anno exadificatam fuisse, Herodis regni octavo & vicefimo, Olympiade CXCII. Repetatur ab anno Juliano IX. Herodis exordium, vicefimus octavus cadet in Julianum XXXVI. Urbis DCXLIV. quo annus Iphitii DCXLVII. sive tertius Olympiadis CXCII. coeptus est.

Demum lib. XVII. cap. X. mortuum scribit Herodem. τὸν τε περὶ τῆς, inquit, ἡμετέρας πόλεως μετὰ τὸ ἄρτίστονον κτελεῖν τὸν, πλοῦτος βασιλεύσας, μετὰ τὸ μὴ ἀνέλεν Ἀντιγονοῦ, ἐπὶ πύλασιν, καὶ τελευτῶντα, μετὰ τὸ ἵνα Ῥωμαίων ἀπεδεδίκαται, ἐπὶ τῆς, καὶ τελευτῶντα. His actis, quinto die quam Antipatrum F. occiderat, moritur, cum regnasset, postquam Antigonum sustulit, annis triginta quatuor; postquam vero à Romanis regnum obtinuit, septem & triginta. Contigit obitus Herodis paulò ante Pascha, ut ex cap. XI. colligitur. Tum alius character ab eodem Historico cap. VIII. memoratur, nempe Luna deliquimus. Ad hæc ἐπὶ τῷ ἐξομοιωσέντων ἡδ, ait cap. VIII. ad septuagesimum annum accedebat ætatis suæ.

Hæc de annis Herodis ex Josepho delibavimus, quæ satis indicant, initium ejus ab anno Juliano IX. deduci, quando Antigonum interfecto rerum potitus est. Ab hoc vero anno numerandi sunt quatuor & triginta, quorum ultimus inquit anno Juliano XLII. Urbis conditæ DCCL. Quare aut hoc ipso anno, aut sequenti, desinente scilicet anno tricesimo quarto mortuus est. Sed lunaris defectio anno ipso Juliano XLII. obisse comprobatur. Defecit enim revera Luna Martii XII. tribus circiter horis ante ortum Solis. Plenilunium verum tabula Parisina conferunt in Martii XIII. hora 2, 45'. à media nocte, Hierosolymis verus locus Solis in gradu Piscium 20, 23'. Deficere Luna coepit hora 1, 24'. Desit hora 4, 9'. Duratio fuit horarum 2, 47'. ac digitos 6. ferè defecit. Opportunissimè igitur ad historiam lunaris ista defectio convenit. Proinde XXXIII. solidos à Nisan implevit Herodes, ex quo mortuus est Antigonus; vel XXXVI. ex quo regnum à Romanis obtinuit, ac tam trigessimum quartum ab illa epocha, quam ab ista, tricesimum septimum inchoavit. Idem ex Herodis ipsius successoribus adstruitur. Archelaus enim post obitum parentis, Ethmarcha ab Augusto factus est. qui cum annos novem expleisset, ac decimum inchoasset, à fratribus, & aliis primoribus accusatus apud Cæsarem, & Viennam trans Alpes relegatus est: δεκάτω ἢ ἐπὶ τῷ ὀγδοῦ Ἡρακλεῖ, οἱ πέντε ἢ ἀδελοφῶν ἀδελφῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ φέροντες τὸ μὴ πύλασιν, καὶ τελευτῶντα, κατὰ τὸν αὐτῶν ἐπὶ Καίσαρος. Mendum huic loco subesse videtur. Nam vox ἀδελοφῶν non satis coheret; neque Rufinus hæc agnoscit; qui ita vertit: Interea decimo anno principatus Archelai, un-

nis nobilitas Judaeorum, primasque Samaria non ferentes crudelitatem ejus, morsque tyrannicos apud Cæsarem accusationem ei instituit. Sed à fratribus etiam accusatum fuisse Dio demonstrat libro IV. cum ita scribit Coss. M. Emilio Lepido, L. Arruntio Coss. δ, π Ἡρώδης δ Παλαιστίνης, ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν τὴν ἐξουσίαν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τῆς Σαμαρείας, καὶ τῆς φιλιστινῆς, καὶ τῆς Ἰερουσαλὴμ, ἠρξάμενος ἐπὶ τῆς βασιλείας, καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ἰδμενιστῶν. Herodes Palastinus à fratribus accusatus trans Alpes est relegatus, ac pars ejus ditonion in publicum redacta. Hæc ad nullum alium, quam Archelaum convenire possunt; qui proinde relegatus est iis Coss. qui in annum Urbis cadunt septingentesimum quinquagesimum nonum, Julianum quinquagesimum primum. Si igitur ab annis Julianis LI. detrahās annos X. (nam decimus Archelai anno illo coepit, quo deportatus est) relinquetur annus XLII. Julianus, quo Herode mortuo, primus inquit Archelai. Habemus itaque nobilissimum duorum Scriptorum testimonium, ex quo necesse fit Herodis obitum in annum Julianum summovere secundum & quadragesimum: nec aliter pronunciare possumus; nisi ambos illos facessere jubeamus. Addunt & alia quædam historiae, sed obscuriora vestigia Dekerius, & cum secutus Keplerus; quæ in illorum commentariis leguntur. Nunc quæ sit aliorum de Herodis obitu sententia videamus.

CAPUT II.

De Eusebii hallucinatione in annis Herodis.

EUSEBIUS in Chronico annos Herodis mirificè conturbat. Primum enim ipse ad annum illegit quartum Olympiadis CLXXXV. Abraami MDCCLXXXIV. Augusti XI. cuius primus ab eodem ponitur is, qui proximè necem Julii Cæsaris consequitur. Quoniam igitur ab autumno suos annos aufpicatur Eusebius, additis ad annos 1984. ex perpetua methodo 2696. annos MDCCLXXXIV. inquit ab autumno anni Periodi Julianæ 4680. Quare ab Nisan sequentis anni Juliani primus Herodis computatur anno Periodi Julianæ 4681. Juliano XLII. quo cum ex Eusebii Chronologia undecimus Augusti componitur. Eodem anno coepit Olympiadis CLXXXVI. quartus à solstitiali mense secundum Elidenfes veteres: at ex Eusebii insinuatione, ab autumno antecedente. Porro Antigoni Hafamonzorum postremi necem conjicit in annum Abraami MDCCLXXXVII. Augusti V. Olympiadis CLXXXV. secundum; qui est annus Periodi Julianæ 4675. Julianus septimus, Urbis conditæ DCCLV. Ita in editione Scaligeri. At editio Pontaci in annum Augusti decimum Antigoni obitum confert. Unde anno Periodi Julianæ 4780. Juliano XII. coepit; imò vero XLII. Nam cum anno XI. Augusti, 4681. primum Herodis comparat editio Pontaci, Abraami MDCCLXXXIV.

Ab hoc anno triginta septem annos Herodis computat Eusebius, ejusque mortem refert in annum Augusti XLVII. quartum Olympiadis CXC. Abraami MXXX. qui quidem inquit ab Autumno anni Periodi Julianæ 4716. Unde anno sequente 4717. circa Nisan Herodes obiit; anno quarto æræ Dionysianæ; Juliano XLIX. corrente anno quarto Eusebiano Olympiadis CXC. Urbis conditæ: si à Kal. Jan. numeres, anno DCCLVII. Hallucinatur itaque Scaliger in Animadvers. ad annum Eusebii MXXXIX. bifariam. Primum quod Herodis mortem collocari dicit in Eusebiano Chronico ad annum MXXXIX. Nam & ipse è direçto anni MXXX. mortem illam posuit. Secundo quod ab Eusebio metachronismum dicit esse commissum annorum trium. Verum si ineunte anno Juliano XLIX. mortuus est Herodes, & anno quarto Olymp. CXC. Augusti XLVII. metachronismum erit annorum saltem quatuor. Nam Herodem anno Juliano XIV. periisse, novem mensibus ante Natalem Dionysianum in eadem Animadversione scribit Scaliger.

Absurda est autem Eusebiana illa putatio, quæ in annum Julianum XLIX. mortem Herodis conjicit, cum anno XI. Archelaus relegatus fuerit; quem novem annis imperasse cum Josepho censuit. Præterea quid ἀνεστραφέντος magis, quàm Herodis initium cum Josepho in cum annum inquantem, quo Antigonus est occisus, eundem annum Julianum duodecimum facere? in quo triennio

Refertur Eusebii in lib. VII. cap. I.

triennio fallitur. Nam Agrippa & Caninio Coss. Herodes cum Sosio Antigonum vicit, Juliano IX. ab eo quo non XXXVII. anni, sed XXXIV. Herodis putantur, auctore Josepho. Quare sex annis, septemve solidis labat Eusebii Chronologia. Non minus aberrant, qui XXXVII. Herodis annos ab Actiaca pugna deducunt, Juliano XV. ita ut obitus ejus in Julianum LII. vel LIII. incurrat, æræ Dionysianæ septimum, vel octavum: cum Archelaus anno Juliano LI. relegatus sit. Sed nec Herodes ab Actiaca pugna, vel potius ab anno primo Actiaco, qui illam proximè secutus est, regni sui primordium coepit, ut in Animadvers. ad Epiphanium ostendimus. Ceteri fermè Chronicon, & Annalium Scriptores, qui unius anni, vel biennii περιχρονισμὸν in æræ Dionysianæ non observantur, in consignando Herodis obitu secum & cum historia conflantur. quorum è superioribus castigandus est error.

Fig. 114

CAPUT III.

Inquiritur in Nova Chronologia sententiam de Herodis initio.

AT Nova, veraque Chronologia longius etiam infra metas Eusebiana Herodis mortem summovet; nempe in annum Christi vulgarem septimum. Etenim XXXVII. Herodis annos existimat non à primo ejus initio deducendos, quo rex à Senatu Antonii, & Cæsaris opera renunciatus est: sed à posteriore, quando Hierosolyma capta fuit: qui est annus Julianus nonus. à quo putati XXXVII. anni desunt in annum Julianum XVI. Urbis verò DCCLIV. qui est primus æræ Dionysianæ. Sed auctor annum Urbis exeuntem intelligit ante Palatia, ut sit annus Christi ex communi putatione II. quo ad Aprilem usque in cursu erat annus U. C. DCCLIV. Varronianus, & inquit DCCLV. Cum autem annos V. supervacuos in Fastos irrepressisse credat, hic annum illum æræ communis septimum appellat. quo etiam contigit eclipsis Luna maxima, Februarii XX. hora una ante noctis medium; Sole in fine Aquarii versante. quam quidem digitorum facit 21, 18'. Verum quòd nova hæc opinio argumento illo nitatur, annorum V. qui in vulgaribus Fastis abundant; adeoque de ferie annorum eximantur; nequaquam probari à nobis potest; qui hæc conjecturam scimus esse falsam, & suo loco plenissimè refellimus; singulis, quæ ad eam adstruendam ab erudito viro profertur, excussis, penitusque confictis. Quinciam scem ipse configit illius auctor, qui XXXVII. Herodis annos orsus ab anno Tabularum Capitolinæ. * DCCLXXVI. (Julianus is nonus est) desinere dicit in annum U. C. DCCLIII. quo Julianus inquit XLVI. Christi verò primus. Detrahit annis V. cadet in VI. æræ Christianæ. Atqui septimo dicit Herodem obiisse. Uno igitur plus numerat. Denique Christianam æram confert in annum Tab. Capit. DCCLXXVII. Ergo septimus inquit exeunte anno DCCLIII. usque ad Palatia; quibus DCCLIV. initium habuit. Si igitur Herodes regnare coepit anno DCCLVI. annos XXXVII. solidos regnavit: certè XXXVII. superavit. Sed hoc περιχρονισμὸν levius sit. Illud minimè concedendum; aut annis quinque mutilandos esse Fastos. quod separatim postea demonstrabitur, aut Herodem anno Christi septimo ex hac vita sublatum. quod tanto ante contigit tot hætenus rationibus evicimus. Nam quòd Lunæ defecionem aliam negat circa Pascha festum per illa tempora commissam: id ex superiori descriptione satis refellitur. Quamvis porro Luna non tota per id tempus defecerit; sed dimidia dumtaxat parte diametri; nihil hoc obesse debet: cum Josephus lunam simpliciter defecisse scripserit.

* Lege DCCLXXVI. sic positæ.

Cap. IV.

C. CLXX.

Josephus lib. XIII. cap. I. Orig. cap. VIII. De Cæso collocandum esse idem ille pugnat. Id est ejusmodi. Herode mortuo, Roman profectus est Archelaus, uti regnum Judææ ex patris testamento ratum ab Augusto sibi feret. Ejus rei causa consilium amicorum Augustus habuit: quos inter nepoti suo Caio Cæsari ex Agrippa & Julia nato principem locum dedit, quem prius adoptarat. Hæc Josephus lib. II. cap. III. Illic, συνήθηται φιλας, αὐτὸς οὐκ ἔχων τὸν ἄρχιεπισκοπὸν, καὶ Ἰουδαίας αὐτῷ θυγατρὸς ἡδὸν, πικρὰν δὲ αὐτῷ γυναικί, παύσαν δὲ Παρ. II.

καθεστῶσαν παρὰ τὸν. Amicos convocavit inter quos Caium Agrippa & Julia filia sua natum, quem adoptaverat, adhibuit; principem et locum attribuens. In libro I. de Excidio, πικρὰν γυναικίαν: primo loco sedere iussit. Hinc apparet Caium per id tempus non solum grandiorrem; sed etiam majori aliqua dignitate præditum fuisse: ac proinde tum id videtur contigisse, cum jam Consulatu perfunctus in Orientem cum summa potestate mitteretur. Consul verò fuit Caius anno ab U. C. Tab. Capit. DCCLIII. Juliano XLVI. Christi I. Ergo sequente anno, cum in prociñtu jam ad profecionem esset, disceptationi illi interfuit, ac propemodum profuit, cum XX. annum excessisset. Quocirca mortuus est Herodes anno ipso Juliano XLVII. Christi II. & propter quinquennium supervacaneum, anno Christi VII. Juliano verò XLIII. Quippe Julianum primum quadraginta dumtaxat annis ante æram Christianam statuit: uti supra diximus.

Hæc minimè necessaria sunt: & alioqui bellè ad sententiam nostram illius temporis acta congruunt. quorum summam ex Dione, Suetonio, Velleio, & Ancyran lapide colligemus. Anno ab U. C. Varronianus DCCLXXXII. Juliano XXV. Augustus Juliam filiam suam Agrippæ in matrimonium dedit. Anno DCCLXXXIV. Juliano XXVI. Coss. M. Appuleio Nepote, P. Silio Nerva; natus est Caius Cæsar. Anno DCCLXXXVI. Juliano XXX. C. Furnio, C. Junio Silano Coss. natus est Lucius Cæsar Cai frater. quos Augustus adoptavit. Anno DCCLXXXVII. Juliano XXXIV. M. Valerio Messala, P. Sulpicio Quirino Coss. Agrippa moritur; & Julia Tiberio Livæ filio collocatur. Anno DCCLXXXVIII. Juliano XL. C. Antistio Vetere, D. Lælio Coss. Augustus, ut Cai, & Lucii puerorum audaciam comprimeret, Tiberio Tribunitium potestatem in quinquennium dedit, eique mandavit Armeniam. At is privignorum suorum offensionem veritus in Rhodum insulam secessit: ibique septem annis delinuit. Caius Cæsar decimum quartum jam egressus annum virilem togam sumpserat, cum profectus est Tiberius; uti Velleius indicat. Augustus ut Caium suo tirocinio deduceret in forum, Consulatum XII. ambivit, auctore Suetonio. Anno itaque DCCLXXXIX. Augusto XII. L. Cornelio Sulla Coss. Juliano XLI. Caius Cæsar ab avo suo deducus est, eique Consulatus in quinquennium destinatus est. Anno DCCLXXI. Juliano XLIV. Augustus Consulatum XIII. cum Plautio Silvano gessit, à se ideo petitum, ut Lucium Cæsarem, itidem ut Caium fecerat, sumpta virili toga deduceret. qui similiter Consul designatus est post annos quinque. Hæc Suetonius, & Ancyranum monumentum. Eodem anno Juliam filiam impudicitiam compertam Augustus relegavit. Idem & Naumachiam edidit. Anno DCCLV. Juliano XLVI. Christi I. Caius Cæsar cum L. Aimilio Paulo Consul fuit, annos natus amplius viginti. Anno DCCLVI. Juliano XLVII. L. Elio Lamia, M. Servilio Gemino Coss. Tiberius post septennii secessum à Rhodo insula Romam, Augusto permittente, rediit. Lucius Cæsar in Hispaniam ab Augusto missus Massilia morbo perit. Anno DCCLVII. Sex. Aelio Cato, C. Sentio Saurinno Coss. Juliano XLIX. Christi IV. Caius Cæsar in Lycia moritur, post menses XVII. quam Lucius frater obierat; ut refert Suetonius: post annum fermè; ut Velleius. Sed apud hunc fœdissimum est mendum, quod miror etiam in emendatissimis codicibus resedisse. Velleii verba: *Diu reluctatus, invidiosque revertens in Italiam, in urbe Lycia (Limyrum nominant) morbo obiit: cum ante annum fermè quinquagesimum Cæsar frater ejus Hispanias petens, Massilia decessisset.* Scribe, cum ante annum fermè L. Cæsar, &c. Augustus nepotibus amissis Tiberium adoptavit.

Hæc illis, quos nominavi, testibus comperta sunt. Cetera non perinde certa: quo anno Caius cognitio- ni illi de testamento Herodis interfuerit: tum quo in Orientem profectus sit. Keplerus libro de anno Natali Christi, cap. X. fusè hæc historiam digerit; sanè probabiliter. Caium itaque censet designatum jam Consularem anno Juliano XLII. priusquam in Provincias proficisceretur, adhibuit ab Augusto ad privatam consilium amicorum, & confessum, cum de Archelao & Herodis testamento judicare vellet. Inde quod erat anni XLIII. reliquimus, ac sequentem XLIII. in obetmidis provinciis consumpsisse. demum anno XLIV. Romam reversum, paulò post in Orientem esse cum exercitu profectum,

Refertur Eusebii in lib. VII. cap. I.

* Lege DCCLXXXVII. ut liquet ex lib. XIII.

Herodes postiore illo modo Judæus fuit; priore non item; sed alienigena. Nam quod opponitur à Casaubono de Christianorum appellatione, in qua nullum inter eos, qui à Christianis orti sunt, & qui ad fidem conversi, discrimen agnoscitur, alienissimum est. Fium enim non nascuntur Christiani: Judæi nascebantur, & fiebant. Quare nullum in prioribus divortium originis est; in Judæis vel maximum. Proinde rectè à Patribus adæphæ, & alienigena vocatur Herodes; hoc est à παρὰ τὸν Ἰουδαϊσὸν ἦν, ut loquitur Eusebius VIII. de Demonstr. peregrinæ stirpis & originis. etsi non eadem assentimur, dum gentilem illum vocat, quem Iudæum fuisse verosimilius est, adeoque circumcisum.

CAPUT VI.

De Augusti obitu & etate: & initio Tiberii. Tum de Luna ac Solis defectibus, quæ per illud tempus accidisse memorantur.

CERTISSIMIS characteribus insignita est Augusti mors, ac Tiberii exordium, qui neminem paululum in historia versatum aberrare sinant. Nam & Consulatus illius fideliter notati sunt à Suetonio, Diono, ac ceteris. Mortuus est enim duobus Sextis, Pompeio & Apuleio Coss. qui in annum incurrit Urbis dcccxxvii. Varronianum; Julianum lxx. Periodi Julianæ 4727. æræ Dionysianæ xiv. Qui idem annus cœlesti quoque nota munitur lunaris defectio, quam paullo post ejus mortem accidisse testis est Tacitus lib. 1. & Dio lib. lviii. Ea conspecta Pannonicas legiones vehementi seditione concitatas ita tenuit, ut paulatim sedate ad officium redierint. Accidit eclipsis illa anno, quem dixi, communis æræ xiv. cyclo Lunæ xv. Solis xxxviii. Septembris xxviii. feria v. hora v. matutina, serup. post eam 10'. in Horizonte Pannoniæ. Digitorum fuit 19, 30'. ferè. Duravit horas 3, 40'. Cœpit obscurari hora 3, 17'. Immerfa est verò penitus in umbram hora 4, 21'. Emergere cœpit hora 5, 59'. oriente Sole. Itaque in ipso defectu occidit Luna. Eusebius in Chronico ad annum Augusti lvi. Abraami mxxxix. Olympiadis cxcviii. primum, Solis defectioem contingisse memorat, quando mortuus est Augustus. Sed & Dio lib. lvi. inter prodigia, quæ Augusti mortem antecesserunt, Solem totum defecisse narrat. At Eusebius uno anno Augusti antevertit obitum. Si quidem adjectis ex methodo ad Eusebianum numerum annis 2696. conficitur annus Periodi Julianæ 4725. quo cœpit annus Abraami mxxxix. Proinde anno 4726. mortuus erit Augustus. Obiit autem anno 4727. Mercator anno illo, quo mortuus est Augustus, Sextisduobus Coss. Solem defecisse putat, anno Nabonassarî dcccxi. Sole in gradu 6, 15'. Tauri posito. Est hic annus Christi xlii. Sed eo ipso nulla neque Romæ, neque in Galliis, aut Hispaniis Solis defectio facta est. Nam Novilunium verum Romæ hora vicefima ferè post mediam noctem diei Aprilis xxviii. contigit; hoc est hora 19, 49'. una hora post occasum Solem. qui tunc ex Parisiis tabulis vero motu ad Tauri gradum 5, 44'. pervenerat. Quorèrcum nulla Solis defectio neque anno illo, quo mortuus est Augustus; neque antecedente visa sit; vel Dio falsus est, vel innotatus aliquis pallor fideris & obscuritas defectiois speciem intuentibus præbuit: quemadmodum sub Julii Cæsaris necem accidisse supra docuimus.

Pauli Forosempron. opinio. c. cxxviii.

Paulus Forosempronensis Parte II. Paulinæ, lib. xlii. eclipsin illam confert in annum ætæ vulgaris xvi. Tum enim Februarii xv. meridie circiter, Sol in Aquarii gradu xxvi. defecit. Hanc etiam Novæ, ac veræ Chronologiæ auctor amplectitur. Sed Paulus anno ipso, quo defecit Sol, obiisse credit Augustum. Hic autem, biennio post, nempe Christi xix. Utrumque verò Romanis Annalibus, atque historiæ repugnat. Nam Sextis Consulibus omnino mortuus est Augustus. Horum verò Consulatus post C. Julii Cæsaris v. & M. Antonii Consulatum quinquagesimus octavus est; five annis ab editione Julianæ lxx. Atqui Julianus primus est quintus & quadragesimus ante Dionysianam epocham. Proinde mors Augusti in xiv. annum incidit æræ Christianæ. Hæc partim in antecedentibus capitibus auctoritate veterum, & Astronomicis observa-

tionibus adstruata sunt: partim in sequentibus iisdem momentis veritatis asserentur. Ac si solius Dionis de Solis defectioe tanti est testimonium; ut, quoniam eum annum, qui ex reliqua omni Romanorum Annalium & historiæ fide necessario consequitur; nulla Solis eclipsis incidit; idè contra tot auctoritatum ac rationum pondera; contra omnem vetustatis memoriam quidam animo obfirmet; & in quem maxima Solis defectio conveniat, alium sibi putent annum esse querendum: cur non vel eodem ratiocinandi genere concludamus, eum potius retinendum videri; in quem cetera eum ejusdem Dionis; tum aliorum majoris, quam Dio, vetustatis, auctoritatique Scriptorum testimonio concurrant? Etenim idem ille qui ante Augusti mortem defecisse Solem asserit Dio, paullo post eandem idipsum passam quoque Lunam refert; & qui temporibus illis vicinior fuit; Tacitus affirmat. Iisdem, inquam, Coss. quibus defecit Augustus, hoc est Sextis duobus; non longè post Augusti obitum, in Pannonia Lunæ defectioem accidisse ambo illi Scriptores memoriæ prodiderunt. Consulatur jam astronomice tabula; & annorum aliquot plenilunia computentur quod nos ab anno Christi xlii. ad xix. fecimus. Nul- lum ex his annis invenies, qui observationis illius fidem exsolvat. Anno certè xvii. quem Paulus asserit, plenilunium eclipticum Januarii ultimo, & Julii xviii. contigit. Neutrum post Augustum mensem, quo Octavianus obiit. Anno vero sequenti Christi xlii. Januarii xx. maxima Lunæ defectio facta est, digitorum penè 22. hora 5, 12'. à media nocte in Pannonia. Sed ut anno xvii. mortuus ponatur Augustus, illam oportet eodem anno esse commissam, non sequenti; quoniam iisdem, uti dictum est, Coss. eclipsis illa contigit, quibus excecit Augustus.

At anno Christi xix. quem Nova Chronologia vindicat, Luna Januarii ix. & Julii vi. defecit: adeoque nihil ad historiam utravis pertinet. Itaque nullus Augusti mortis præfiniri potest annus alter, quam xiv. cum in eo comprehendatur eclipsis illa, quam brevi post Augusti mortem intervallo Tacitus & Dio contigisse testantur.

At enim verum fuisse Lunæ deliquium negat Chronologia nova ex unius Taciti verbis. Primum quod ait, tubarumque concentu perstrupsisse milites scribit, & prout splendidior, obscuriorve, letos, vel maestos fuisse. At cum Luna paulatim tenebris obducitur, non subinde splendidior, vel obscurior evadit. Verum, id quod nos oculis ipsis usurpavimus, etiam in ipsa caligine Luna veluti conficiens aliis magis ac minus obscurari cernitur: quod & ab eruditiss. Astronomicis observatum legitur. Alterum argumentum nihilo validius est; quæ à Tacito interim gesta narrantur, xxxix. dierum spatium, quod inter Augusti mortem, & eclipsin interest, non potuisse perfici. Potuit id verò, ut ex historiæ contextu facile quis animadvertet.

Accedat ad superiora omnia sequentium Imperatorum tempora, quæ & ipsa cœlestibus observationibus munita sunt: imprimis verò Claudii, Neronis, & Domitiani, Adriani, Antonini, & aliorum deinceps; de quibus postea dicetur. Horum verò omnium initia cum Augusti ac Tiberii exitu conferta sunt; ut labante altero, alterum titubare, ac totam cum eo Romanam historiam vacillare necesse sit. Postremo ut de Augusti Imperatoris etate pauca dicantur.

Dio scribit Augustum annis vixisse lxxv. mensibus x. diebus xxvi. Natum enim esse xxiii. Septembris, post Actiæm verò prælium annis xlii. minis xlii. diebus imperasse. Suetonius mortuum dicit lxxvi. atatis anno; minis v. & xxx. diebus. quod Dion congruit. Natus est Augustus ix. Kalend. Octobris, id est, xxiii. Septembris, anno Urbis dcccxi. Cicerone; & Antonio Coss. qui est Periodi Julianæ 4651. Mortuus est anno Periodi Julianæ 4727. Augusti xix. Intervallum anni lxxvi. minis diebus xxxv. Ita quidem si ut illo, quo mortuus est, ita quo natus est anno, Julianæ anni forma, idemque contextus mensuram fuisset. Verum Septembris ille, quo natus dicitur Augustus, in Junium, aut Julium hodiernum circiter cadebat. Proinde septuagesimum sextum annum supergressus est Augustus; ut rectè demonstratum est à Scæligero. Sed Historici plebeio more, & ἰσχυρῶς sic loquuntur, quasi idem perpetuè tenor annorum fuerit.

Cap. cxxviii.

Page 167.

Novum Imperii primordium expenditur.

Ex

Ex iis exactam annorum imperii rationem potes subducere; five à nece Julii; five à Triumviratu; five ab Ægypto in potestatem redacta. Nam finis in anno Juliano lxx. æræ communis xiv. fixus est. initium aut in Juliano secundo ab Eidibus Martiis; aut à Consulatu; quem in Pansæ locum, xiv. Kalend. Septembris iniiit, anno Juliano lxx. cum collega Q. Pedio: aut à v. Kalend. Decembris ejusdem anni, quo Triumvir factus est.

CAPUT VII.

De initio Tiberii Cæsaris. Inquiritur in novam doctorum virorum sententiam, qui Tiberium ante Augusti mortem annis aliquot imperare cœpisse putant. Ea verò refellitur. De Proconsulari dignitate ejusdem Tiberii, quam circa principatum habuit.

TIBERIUS Augusto mortuo imperium adeptus est, anno, ut probatum est, Urbis conditæ dcccxxvii. Juliano lxx. Obiit anno U. C. dccc. Juliano lxxxvii. Cn. Acceronio Proculo, C. Pontio Coss. xvii. Kalend. Aprilis. Imperavit igitur annos xxii. dies ccix. qui sunt menses ferè septem. Obiit atatis anno lxxxviii.

Novæ Chronologia Scriptor contra communem historiam biennio spatium illud mutilandum esse pugnat. Tiberium enim post Augusti mortem circiter xxi. annis imperasse: ante mortem ejusdem, duobus ferè. Quod eo argumento præsertim approbat; quia biennio ante mortem Augusti Tiberio Proconsulare imperium universum, & absolute datum est, lege per Coss. lata, ut provincias cum Augusto communiter administraret, singulique censum ageret. ut scribit Suetonius cap. xxi. idque triennio post Varianam cladem accidisse memorat. At Variana clades accidit C. Poppæo Sabino, Q. Sulpicio Camerino Coss. anno ab Urbe condita Varroniano dcccxxi. qui est annus revera Christi ix. at Nova Chronologia, xiv. Proinde ante Urbis conditæ dcccxxv. Christi xii. Nova autem Chronologia xvii. Tiberius in communionem imperii est assumptus, Germanico Cæsare, & C. Fonteio Coss. In quo Suetonius non nihil & à seipso, & à Velleio discrepare videtur. Scribit enim cap. xviii. proximo anno post cladem Varianam repetitam esse à Tiberio Germaniam. Igitur anno Christi x. Tum cap. xx. A Germania, inquit, in Urbem post biennium regressus triumphum quem distulerat egit, &c. Ergo anno Christi xii. Subjicit cap. xxi. Ac non multo post, lege per Coss. lata, ut provincias communiter administraret, singulique censum ageret, condicio lustro, in Illyricum profectus est. Et statim ex itinere revocatus, jam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit. Videtur hic postremis verbis indicare, paullo ante mortem Augusti Tiberium in consortium imperii Proconsulari adscitum fuisse. Atque ita censet Cappellus Dissertat. de Tempore Pass. Christi. Sed nihil hoc necesse est. Legem quidem ipsam à Coss. statim post triumphum latam esse demonstrat. Triumphavit Tiberius anno, ut putat Suetonius, tertio post Varianam cladem, Urbis dcccxxv. quod & Sigonio visum. At is tertius est ante obitum Augusti. Suetonius verò significat non multo post triumphum lata lege commune cum Augusto in provinciis imperium illi esse decretum; ac statim condito lustro in Illyricum abiisse: quo ex itinere nunciata Augusti morte revocatus est. Quamobrem inter legem latam, & conditum lustrum, biennii ferè intervallum fuit: quod Suetonius compendio scribens omiserit. Ita ab errore, pugnaque vindicari potest. Lustrum autem anno imperii postremo condidit Augustus: ut idem Suetonius ostendit.

Cap. cxxviii.

Page 167.

Novum Imperii primordium expenditur.

Ex

ante triumphum, (Nam Velleii, qui eorum spectator fuit, potior est fides) summum illud imperium sit adeptus. Antonius Cappellus Dissertatione de anno Passonis Christi, cap. v. ex Velleio & Diono colligit Tiberio decretum hoc imperium M. Lepido, Statilio Tauro Coss. qui est annus U. C. dcccxxv. Juliano lxx. Christi xi. ante mortem Augusti quartus; octavus autem ab adoptione, quæ, ut supra cap. ii. diximus, anno contigit ab U. C. dcccxxvii. Juliano lxxix. Sic enim disputat: Dio lib. lvi. scribit Tiberium M. Emilio Lepido, Statilio Tauro Coss. ædem Concordiæ sacrasse, qui est secundus post cladem Varianam. Testatur autem Suetonius anno ab ea clade secundo triumphasse Tiberium. Velleius porò imperium ante triumphum illi delatum. Quare annus acti triumphi, & dedicati Concordiæ templi octavus est ab adoptione: adeoque Tiberius quatuor annis cum Augusto tenuit imperium.

Sed unius anni error est in illius ratiociniis. Nam Suetonius asserit anno proximo post cladem Varianam, hoc est U. C. dcccxxvii. Dolabella & Silano Coss. Tiberium in Germaniam esse profectum: & post biennium triumphum egisse. Proinde Coss. Germanico & Capitone hoc est anno U. C. dcccxxv. tertio ante mortem Augusti triumphavit, & eodem imperium illud in provincias par & æquale cum Augusto sortitus est. Cui Sigonio & Pighius assentiunt. Quod ad Dionem attinet; scribit is Tiberium Q. Sulpicio Camerino, & C. Poppæo Sabino Coss. Romam ex Illyrico venisse, re feliciter gesta, & cum triumphum acturus esset, audita clade Germanica deterritum fuisse. Postea subjicit: anno sequenti Tiberium ædem Concordiæ sacrasse, inscripto suo, & fratris Drusi nomine. Tum ista: Μάρκος ἡ Ἰουλιῶς ἐξ Ἰστανίας ταύτης ὑπερβίβωντος, Τίβεριος μὲν ἡ Γερμανίος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς πρὸς τὴν Καρχηδωνίαν, &c. M. Emilio, & Statilio Tauro Coss. Tiberius & Germanicus; cui pro Consule erat imperium, impressionem in Germaniam fecerunt. Hæc non ejusdem anni sunt, cujus Templi dedicatio, ut putavit Cappellus: sed insequentis. Nam Dio Coss. nomina prætermisit anni inter Varianam cladem & Tiberii expeditionem interjecti, quo Tiberius ædem Concordiæ sacravit. Fuerunt autem Coss. P. Cornelius Dolabella, & C. Junius Silanus. Quocirca probabilis est anno U. C. dcccxxv. æræ Christianæ xii. Juliano lxxi. tertio ante mortem Augusti, Tiberium imperio illo lege esse donatum. Nec ab eo dissentit Tacitus, ut Cappellus existimat. Etenim compendio Augusti gesta relegens, post Cai, & Lucii Cæsarium mortem, in Tiberium Neronem ait cuncta verge re cœpisse, filium, collegam imperii, consortem Tribunitiæ potestatis adsumptum, omnisque per exercitus ostentatum. Quæ non eodem tempore annove facta omnia; sed paulatim, brevi summa colligit Tacitus: neque verò par illud Augusto imperium in provinciis & exercitus nominatim exprimit.

Ceterum de anno illo communicatæ cum Tiberio summa ab Augusto potestatis ideo diligenter ab Herwarto primium; tum à Cappello disputatur, quod novum inde principatus, atque imperii Tiberiani primordium arcescant. Sed Herwartus, qui Tiberio totidem, quot vulgò tribuuntur; hoc est xxxii. annos ferè vindicat, biennio dumtaxat ante mortem Augusti initium illius antevertit: adeoque post obitum Augusti, xxi. ferè imperasse statuit; & biennium inde superfluum è Fastis expungendum esse defendit. Cappellus verò post obitum Augusti xxiii. annos imperasse Tiberium: sed antea quatuor cum illo communiter in imperio transigisse. ut in totum annis sex & viginti cum septem ferè mensibus imperavit. quemadmodum Clemens Alexandrinus i. Stromateo scripsit.

Harum opinionum prior nulla ratione potest consistere. Nam, ut bene contra illam Cappellus argumentatus est, Tiberius ante obitum Augusti quindecies Tribunitiæ potestatis fuerat, & in decimo sexto ejus anno mortuus est Augustus: post obitum Augusti, xxxviii. exegit Tribunitiæ potestatis annos. Docent hoc veteres numi Adolphi Occonis. In his enim Tribunitia potestas ad xvi. usque, Tiberio Augusti filio adscripta legitur. A decima sexta, Divi Augusti filio inscribi deinceps incipiunt: & ad xxxviii. propagantur. Quod argumento est, decimum sextum Tribunitium potestatem obtinente Tiberio

Cappelli opinio repudiata pag. 80.

Novum Imperii primordium expenditur.

berio Angustum esse mortuum. Sanè Tribunitie collega potestatis assumptus est ab Augusto primùm Tiberius anno U. C. dccclviii. Juliano xl. ut supra diximus. Hanc in secessu Rhodio quinquennium tenuit: postea- que biennio privatus ibidem constitit. Mortuus Cæsaris Angusti nepotibus, anno U. C. dccclvi. Juliano xlii. Elio Cato, & Sentio Coss. adoptatus ab Augusto ejusdem Tribunitie consortium potestatis accepit. Hic est undecimus annus ante illum, quo Augustus excessit, nempe Julianum lxx. Quare sunt in totum anni Trib. Pot. sedecim: ita ut decimo sexto labente mortuus sit Augustus. Detraçtis de xxxviii. annis, quindecim solidis, reliqui sunt xxxiii. Ergo Tribunitiam potestatem ter & vicies post excessum Augusti Tiberius instauravit. atque adeo totidem fere imperavit annos.

Altera verò Cappelli sententia in eo primùm minime placet; quod uno anno communicati ab Augusto in provincias & exercitus imperii tempus anteverit. Tum quod ex observatione illa consequens uterque putat; id verò probari nullo modo potest; summum, & ad- rem-que jus in Rempublicam Romanam Tiberii ante Augusti mortem inchoari: aut à Scriptorè ullo ferio, ac citra librarium vitium five plures tribus & vigin- ti, ut Cappellus existimat: sive totidem, à biennio ante mortem Augusti numerari. quod Herwartus ample- ctitur. Fateor quidem pleraque summi imperii, & pot- estatis, hoc est, ut Græci dicunt, & βασιλείας orna- menta jampridem in Tiberium collata fuisse: sed ejus- modi fere, quæ citra amplissimum fastigium aliis concessa sunt; quos nemo idco Imperatores Romanos appellet. Sunt hæc, opinor, Tribunitia potestas, & Proconsu- lare in provinciis, atque exercitus imperium. De tribu- nitia potestate dubium non est, quin permulti com- pletes ejus fuerint, qui Imperatores nullo modo censentur: ut Agrippa: ut tantò antè, quàm imperaret, ipse Tiberius. De proconsulari dignitate ita sentit Herwar- tus, summa in Tiberio potestatis etiam Augusto super- stite indicium hoc esse, quod jam tum Proconsul no- minatus invenitur. Hunc enim titulum absoluti imperii partem esse, atque ab Imperatoribus cum imperio pariter assumptum, res est omnibus nota. Verùm ne hac quidem appellatio perpetuò cum principatu con- juncta fuit. Multi, inquam, Proconsularem dignita- tem citra imperium adepti sunt. Germanicus Drusi F. adoptatus à Tiberio numquam Imperator fuit, neque Romanos inter Imperatores refertur. Et huic ipsi ta- men Proconsulare imperium, Tiberio postulante, Senatus detulit. Tacitus lib. i. qui & lib. ii. refert anno ab U. C. dccxx. C. Cælio, L. Pomponio Coss. permis- sas eidem provincias à Senatu, quæ mari dividuntur, majisque imperium quoquò adisset, quàm his, qui sorte, aut missa principis obtinerent. Sed & aliis nonnullis, ut ad spem imperii, successioneque certissimam; ita prius- quam Imperatores & Augusti forent, idem honor est habitus. Quod autem Tiberius Augusto vivente Imper- perium, hoc est summum principatum & absolutum minime consecutus sit, docet imprimis illa post Augu- sti mortem Livia sollicitudo, quæ Tiberio absente acerbis custodiis domum & vias sepse, donec Tiberius ad- venisset. ac tum simul excessisse Augustum, & verum potius Neroneam fama eadem tulit. Hæc Tacitus. Mox: Pri- mum facinus novi principatus fuit, Postumi Agrippæ cades. Tum: Sex. Pompeius, & Sex. Apuleius Coss. primi in ver- ba Tiberii Cæsaris juravere. Nondum igitur Imperator, principive creatus erat Tiberius. alioqui neque metuen- di causam haberet Livia: neque novum principatus exordium caperetur: neque novus denique principatus appellaretur. Quin illa Tiberii cunctatio, & imperii per speciem in Senatu detrectatio nihil aliud ostendit. Nam Tiberius (ait Tacitus) cuncta per Consules incipiebat, tamquam veterè Republica, & ambiguis imperandi. ne edictum quidem, quo Patres in Curiam vocabat, nisi Tri- bunitie potestatis præscriptione posuit sub Augusto accepta.

Procon- sularis di- gnitate ci- tra impe- rium da- ta.

Cap. iv.

Cap. v.

sumpta; diu tamen recessavit. Apparet Augusto demum mortuo principatum, & absolutum imperium, ac do- minatum obtinuisse Tiberium. Hoc ipsum validissimè firmat, quod narrat in Adriano Spartianus: ubi de M. Aurelio Antonino Philosopho, & L. Vero loquens; Hi sunt, inquit, qui postea duo pariter Augusti primi Rem- publicam gubernaverunt. Idem in Elio Vero patre. Eius filius est Antoninus Verus, qui adoptatus est à Marco. Ve- rus cerè cum Marco aequalè gessit imperium. Nam ipsi sunt, qui primi duo Augusti appellati sunt; & quorum fastis Consularibus sic nomina præscribuntur, ut dicantur non tantum duo Antonini, sed duo Augusti, tanquam hujus rei & novitas, & dignitas valuit, ut fasti Consulares non- nulli ab his sumerent ordinem Consulatum. In Antonino denique Philosopho: Tuncque primùm (ait) Romanum imperium duos Augustos habere capit. Hæc satis esse pos- sunt ad novam sententiam refellendam. Nam quod Ti- bериus par Augusto in provinciis, & exercitus imperi- um nactus est; quam Proconsularem dignitatem in- terpretantur; non ex eo princeps, & Imperator, Au- gustive consulatus est. Ad id enim præterea necesse fuit, ut in Urbe, ac domi idem honoris ac potestatis fastigium haberet. quod Augusto mortuo, non antea consecutus est. Suetonius cap. xxvi. Prænomen quoque Imperatoris, cognomenque Patris patria, & civicum in ve- stibus coronam recessavit: ac ne Augusti quidem nomen, quamquam hereditarium, ullis, nisi ad reges ac dynastias epistolis addidit. Quamobrem numorum ac lapidum in- scriptiones ad xvi. usque Tribunitiam potestatem, Ti- bериus Augusti F. deinceps etiam Augustum nominant. Quæ cum ita sint, Tiberii principatus ab Augusti mor- te consensu omnium incipit; ac xxxiii. demtaxat an- nos, minus aliquot mensibus tenuit. Ab eadem epocha decimus quintus à S. Luca putatur annus, quo labente, Geminis duobus Coss. baptizatus est à Joanne Christus. Quantum porò docti homines aberrarint, qui hunc annum xv. à priore Tiberii principio numerandum esse censuerunt, ut in eumdem Passio Salvatoris incidat; lib. xii. demonstrabitur.

CAPUT VIII.

De initio, & imperio Cai Caligula, de quo Consulatus ejusdem.

TIBERIO Cæsare xvii. Kal. April. mortuo, eodem anno Christi xxxvii. C. Cæsar Caligula successit, anno Per. Julianæ 4750. Urbis dccxc. Coss. Cn. Acet- ronio Proculo, & C. Pontio Nigrino. Hic præter an- nos tres, menses præterea decem imperavit, & octo dies, auctore Suetonio. Dio menses ix. dies xxviii. numerat. Obiit ix. Kal. Febr. anno Urbis dccxciv. Periodi Julianæ 4754. Christi xlii. C. Cæsare Augu- sto iv. Cn. Sentio Saturnino Coss. uti Scriptores con- sentiunt.

Nec assentior viro docto, qui in Nova Chronologia, cap. cct. Caium existimat biennio tantum solido, cum excurrentibus mensibus imperasse. Quod imprimis ille ex Ausonio probare nititur; qui in Cæsaris Cai tem- pus ita perstringit:

Tertia fuit hiems grassantia tempora Cai.

Neque enim exactè totum imperii tempus versu com- prehendere potuit Ausonius. Itaque cum Tiberio xxxiii. solidos assignasset, qui vicissim tertium non exple- vit; Caiò tres tantummodo dedit. Totidem enim soli- dos, & vertentes imperavit. Sic idem Ausonius Tito tres annos tribuit.

Ter dominante Tito, cingit nova laurea Janum.

Quem tamen constat annos duos, ac totidem men- ses imperasse. Frustra igitur dicitur hac in re à poeta requirit: ex eoque Scriptoris antiquos, ipsiſumque adeo Suetonium castigat. Nam & Auctores plerique in re- gium, aut Imperatorum annis enumerandis, excurrentes ultra solidos annos mensium reliquias omittere solent: aut etiam pro annis integris habent.

Obijcitur Suetonii locus in Claudio, cap. vii. ubi in primo Consulatu Claudium scribit sortitum esse de al- tero

CAPUT IX.

De Claudio, ac Nerone initio. Suetonius explicatur. Ve- teres item Inscriptiones, nec non Seneca, & Plinius castigantur, & illustrantur.

CLAUDIUS Cæsar eodem, quo Caius periit, an- no cepit imperium. cujus initium, præter Roma- norum Faكتورum, & Consulatum argumentum, cœ- lestis etiam characteris observatio firmatur: nimirum defectione illa Solis, quam Dio lib. ix. incidisse scri- bit, M. Vinicio ii. & Statilio Corvino Coss. ipsis Augusti Kalendis, hoc est natali die Claudii: quam cum antè prævidisset, ne id vulgus in religionem omèn- que traheret, edicto denunciavit. Erat hic annus quin- tus Claudii. Par enim Coss. illud quintum à Consul- atu Caii, & Saturnini fuit. Contigit autem necessariò defectio illa Solis anno Christi xlv. cyclo Lunæ viii. Solis xxvi. littera Dom. C. Kal. Aug. feria v. Ex Pa- risinis tabulis Novilunium auctoris hora 9. 50'. tempore physico: post mediam noctem Kal. Aug. Apparens ho- ra 8. 52'. Sol in Leonis 6. 21'. Cœpit deficere: hora 8. 24'. Defuit hora 7. 43'. Fuit digitorum 3. 0. ac tenuit horas 2. 18'. motu apparente. Ex hæc certissima tem- poris nota demonstratur initium Claudii anno Christi xli. convenire, non xlii. ut Annales vulgati, ac Chronologia censent; quorum inde labem corrigas. Solinus præterea cap. ii. refert C. Pompeio Gallo, & Q. Veranio Coss. anno Urbis condite octingentesimo primo, septimam & ducentissimam Olympiadem acis publicis annotatam esse, quos Iphiti numerat annos dccxcv. Solinus Capitolinorum Faكتورum epocham secutus est, quæ Varroniana uno anno moratur. Qui igitur octingentesimus primus Urbis condite putatur, octingentesimus secundus est Varroni, idemque nonus Claudii, quo cœpit Iphiti dccxcv. five primus Olym- piadis ccvii. Proinde si anno Claudii nono cœpit an- nus Olympiadis ducentissimæ septimæ primus, & Urbis dcccl. Varronianus; primo ejusdem Imperatoris initii Urbis dccxciv. ac primus Olympiadis ccliv. quod an- no Christi xli. consentaneum est. Clemens Alexandri- nus lib. i. Strom. ex veterè Chronologo putat annos à morte Alexandri ad Claudii primordium, cccxv. Hunc uno anno aberrasse Scaliger existimat; pro- pterea quod Thoth à morte Alexandri est cccxxv. Nabonassari. unde annus cccxv. erit dccclxxxix. Nabonassari. Atqui Claudius cœpit anno Nabonaf- sari. dccclxxxviii. Mechir xv. Sed nullus error est in veteri illo Chronologo. Nam Christi anno xli. si- ve Periodi Julianæ 4754. iniiit annus à morte Alex- andri trecentissimus sexagesimus quintus; nec non septingentesimus octuagesimus nonus ab initio Na- bonassari. Quare tametsi Chronologum illum demus à Thoth Ægyptiaco annos suos exordiri, quemad- modum Thoth primus à morte Alexandri non ille censetur, qui mortem illius antecessit; sed qui con- secutus est, ceciditque in xli. Novembris anno 4390. Periodi Julianæ ita trecentissimus sexagesimus quintus Thoth à morte Alexandri est ille, qui eodem anno Juliano cœpit, quo ad imperium Claudius est evēsus. Unde Chronologo veteri ratio temporum constat. Moritur Claudius ii. Eid. Oâ. Asinio Marcello, Acilio A viola Coss. ut refert Suetonius: qui est annus Urbis dccclvii. Julianus xcix. æra Christianæ lvi. Imperavit ergo annis xlii. mensibus vii. diebus xx. quot & Dio computat, & Clemens Alex. loco cita- to; nisi quod xxviii. dies accenset.

Idipsum & ex ejus ætate conficitur. Natus est enim Julio Antonio, Fabio Africano Coss. Kalendis Augu- sti Lugduni, eo ipso die, quo primùm ara ibi Augusti dedicata est, ait Suetonius. Hic est annus Urbis dcccliv. Periodi Julianæ 4704. ante Christum decimus. Mor- tuus est ætatis anno lxxv. jam inchoato ex Augusti Kalendis anni Urbis dccvii. Christi verò lvi. Cum quædam argumentis communis historia Chronologiaque munita sit; non debent ab ea nos deducere paucis- sima quædam Scriptorum loca, quæ vel ipsorum impru- dentia, vel incuria librorum aliud, quàm quod est receptum vulgò, de hujus Imperatoris annis si- gnificare videntur. Hoc eo dixerim: quod ex Suetonio

Nova Chronologia referuntur.

Explicatur loca quædam Chronologia ad- versari videntur.

ac Tacito quædam usitate sententia minus consentanea proferuntur in Nova Chronologia; ut uno anno communes fasti redundare probentur. Quæ res univèrse alio loco discussa, hic interim, quatenus ad Claudii tempus præcipue spectat, breviter explicabitur.

Suetonii. Suetonius igitur in vita Claudii cap. xxvii. scribit Britannicum vigesimo imperii die, inque secundo Consulatui patris Claudii in lucem editum. At constat Claudium ix. Kalend. Februarii imperare cepisse. Proinde Februarii xii. natus est Britannicus: atque adeo anno Christi xli. quo imperium inivit Claudius. Ergo Consulatui ejus successit, non ordinarius fuit. Atqui vulgares Fasti anno xlii. Consulem ii. & quidem ordinarium ponunt Claudium. Ad hæc Suetonius idem Nerone, cap. vi. Neronem post ix. menses natum esse scribit, quam Tiberius exceffit, xviii. Kalend. Januarii. Ergo anno Christi xxxvii. Tacitus verò lib. xii. refert Coss. C. Antifio, M. Sullio, hoc est anno Urbis conditæ peccii. Neronem à Claudio antepositum Britannico biennio majorem. Igitur anno tertio ab ortu Neronis natus est Britannicus: atque ita triennio dumtaxat Caius imperavit.

Respondemus ad priorem Suetonii locum quod attinet; ambo ista quadrare non posse, ut & viciesimo imperii die, & in secundo Consulatui Claudii natus sit Britannicus. Etenim Consulatui iii. Claudii cum secundo continuatus fuit; eodem teste Suetonio cap. xiv. ut de Dione, ceterisque Annalium Faistorum conditoribus taceam. At is incurrit in annum Urbis peccxvi. Christi xliii. Ergo secundus ad annum pertinet Christi xlii. Præterea duos reliquos, qui præter pristinum à Claudio gesti sunt, per intervallum, quarto quemque anno contigisse refert idem Suetonius. At v. Consulatui convenit anno Urbis conditæ pecciv. Christi lxi. ante quem quarto anno, id est Urbis conditæ pecc. Christi verò anno xlvii. quartus obigit. Proinde tertius quarto etiam ante hunc anno, Urbis videlicet peccxvi. Christi xliii. incidit: & quod consequens est, secundus anno Christi lxi. Emendandus igitur, aut sanè non audiendus est Suetonius.

Taciti. De Tacito perspicua res est, ipsum à Suetonio dissentire, & Britannici ortum antevertere. Non est autem novum istiusmodi Scriptorum in historia diffidium.

Veteres inscriptiones exævis. Rursum Inscriptionum veterum auctoritate pugnat; in quibus Tribunitia potestatis v. & Coss. design. iv. legitur: quomodo & apud Josephum lib. xx. Antiquit. cap. i. exstat in scripto Claudii. Hinc enim colligit anno sexto imperii, non septimo Consulem fuisse quædam. Quasi verò designari Consules in proximum dumtaxat annum, & non in plures solerent. Itaque anno Claudii v. Inscriptiones istæ exaratae sunt, quo Tribunitia potestatis v. erat, & in annum tertium designatus Consul. Ac plerumque quadratariorum, vel exscriptorum culpa fit, ut inscriptiones veteres mendosæ ad nos perveniant. Quorum alterum in illa contigit; quæ in Veianis exstare dicitur, & à Gruterò descripta est, T. CLAUDIUS CÆSAR AVGV. GERMANICVS PONT. MAX. TRI. POTEST. V. IMP. XI. P. P. COS. IV. Sed procul dubio scriptum fuit, aut scribendum certè, COS. DESIG. IV. Nam huic gemina est altera, quæ Romæ in ductu Aquæ Virginis cernitur, T. CLAUDIUS DRVSIVS CÆS. AVGVSTVS GERMAN. PONT. MAX. TRI. POT. V. IMP. XI. P. P. COS. DESIG. IIII. Ejusdem generis & aliæ tres habet Onafrius.

Quod autem rectè in Fastis primus Claudii annus, ac reliqui deinceps collocentur, & anno Christi xli. Caio successerit, inde etiam colligas. Sextus Aurelius Victor refert anno Claudii sexto in Ægeò mari repente insulam ingentem emerisse, nocte, qua defectio Lunæ acciderat: eodem etiam anno octingentesimum Urbis more celebratum ait. Seneca lib. ii. Natur. Quæst. cap. xxvi. insulam istam Valerio Asiatico iterum Consule prodidisse scribit. Tum lib. vi. cap. xxi. Therasiam hanc vocat, quam ætate sua natam asserit. Atqui anno vulgari Christi xlvii. Luna bis defectit. Primum Januarii xi. hora post meridiem 3, 28'. in Horizonte Romæ: (uti Parisina Tabule nos docent) hora ferè integra post Solis occasum: ac digitos 8. defectit. Deinde ultimo Decembris: sive nocte illa, quæ inter ultimum Decembris, & Kalendas Januarias intercessit. Plenilunium verum ex iisdem Tabulis conti-

Pag. xxxix.

git Januarii i. anni Christi xlvii. hora 7. 19'. Romæ Sole in gradu Capricorni 9, 10'. consistente. Ideo sub horam 7, 31'. ortus est. Fuit hæc defectio maxima, digitorum amplius 21. tenuisque horas 3, 48'. Initium ejus hora 5. 25'. finis hora 9, 13'. sesquihora ferè postquam occidit. Tota in umbram immersa est hora 6, 29'. in eaque horam 1, 41'. delituit. Hæc igitur ipsa nocte nova insula protulit, anno Claudii sexto, quo adhuc labente, octingentesimus Urbis incipit, Claudio v. & Vitellio Coss. Plinius insulam istam Thiam appellat. Sed eandem multo antea prodidisse significat: nempe M. Junio Syllano; & L. Balbo Coss. qui est annus Urbis peccxxii. quo sextus Tiberii cepit. Quamquam & mendosa est Plinii putatio; qui anno quarto Olympiadis cxxxv. Theram & Therasiam emeruisse scribit. Inter easdem post annos cxxx. Thiam, quæ & Automate. Et ab ea duobus stadiis post annos cx. Thiam. Annus quartus Olympiadis cxxxvii. inquit anno Periodi Julianæ 4773. Adde annos 240. consistet annus 4713. in quem vulgaris Natalis incidit: ante annos xix. quam Consules essent Syllanus, & Balbus: quadraginta verò sex ante verum tempus emerse à mari insula.

In quo Plinii ac Senecæ non omittendum est error, quorum ille Theram insulam enatam refert anno quarto Olympiadis cxxxv. Atqui longe antiquior est: ut ex Herodoto lib. iv. Pausania in Laconicis, ceterisque constat. quam & Callisten antea nominatam Cadmus incolis frequentavit. Battus verò Cyrenarum conditor postea tenuit. Seneca verò Therasiam Asiatico Consule prodidisse scribit. Falso id quidem. Nam & hujus insulae Strabo lib. x. meminit. Eusebius in Chronico anno iv. Olympiadis cccv. Abraami mmlx. anno Claudii iv. Inter Theram, inquit, & Therasiam exorta est insula habens stadia xxx. Sed in quibusdam codicibus ad annum Claudii vi. id adscribitur, ut testatur Pontacus. Olim ad v. positum fuisse non dubium est. Quippe Orofius lib. vii. cap. vi. & Cassiodorus eodem anno imputant: Vinitio & Quartino Coss. Frustra igitur ex hujus auctoritate Nova Chronologia laborat annum unum Claudii imperio detrahere. Nam Eusebium Cassiodorus secutus est.

Claudio Casari successit Nero: imperavitque annos xliii. menses viii. ferè: ut auctor est Dio. Suetonius paullo minus ix. annos. Hujus anno quinto defectio Solis accidit: quæ ad dirigendos Annales conducere potest. Meminit Plinius lib. ii. cap. lxx. Solis, inquit, defectum, Vipsanio & Fonteio Coss. qui fuerunt ante paucos annos, factum prid. Kalendas Maias Campana hora diei inter septimam, & octavam sensi. Tacitus iisdem Coss. Solem repente obscuratum ait, lib. xiv. & Xiphilinus ex Dione, qui addit in mediis sacrificiis: adeo ut Agrippinæ causa fiebant, totum ipsum defectio: adeo ut stelle conspicerentur. Sed integram defectio nem neque Præterea tabula, neque nostræ representant. Ex his Novilunium verum deprehenditur Capuz in Campania hora 12, 58'. post xxx. Aprilis tempore physico. Apparens verò hora 13, 52'. Sol in gradu Tauri 7, 41'. Cepit defectio hora 03, 39'. à meridie. Desit hora 2, 59'. Tenuit defectio hora 2, 20'. tempore apparenti: ac digitorum fuit 9. ferè. Arcus semidiurnus est horarum 6, 50'. Oritur ergo Sol hora matutina 5, 10'. Unde inter septimam, & octavam horam inæqualem, & diurnam eclipsis illa contigit in Campania: ut testis est Plinius. Etenim hora quælibet xlvii. tum æqualium scrupula 70'. ferè continebat. Ideo summa obscuratio Capuz visa sub horam diurnam 7, 42'. Ex quo Parisinarum tabularum illustratur fides. Contingit Vipsanii & Fonteii Consulatui in annum Urbis peccxli. Julianum civ. Periodi Julianæ 4772. ante Christianæ lxx. currente Neronis quinto. Nam sextus à iii. Eid. Octob. postea cepit. Quocirca decimus tertius Neronis incidit in annum ante Christianæ lxxvi. Julianum cxi.

CAPUT X.

De Herodis posteris, eorumque temporibus, & iis maxime, quorum in Scriptura mentio.

IN sacrorum librorum historia frequens Herodis posterorum incidit mentio. Ad hanc igitur sine labe, & errore percurrendam; tum externam quoque dirigendam, & ab offensione vindicandam, utile est hoc caput. Nam & veteres nonnulli, ut observat Hieronymus, & illorum caligatio ipse; & recentiores aliqui, propter Herodiadum ætatem, & gestarum ab iis rerum implicatam feriem, alii aliis tolerabilibus hallucinati sunt: gravissime omnium, qui eam paucis ab hinc annis questionem accuratissime disputasse sibi visus est, Spalatenis Episcopus lib. iv. cap. i. ubi de Antiochena, Romanæque Petri cathedra disserens, ex Actis Apostolorum demonstrare studeat, vel nunquam, vel ferè admodum Petrum adspirasse Romanam; ibique sedem collocasse. Quæ cum disputatione connexam Herodis illius, à quo vincit ipse Petrus, mentionem sic attigit, ut in ea vehementer erraverit. Quocirca si stem Herodis hoc in capite describemus, auctorem fecerit Josephum, qui id unum accuratissime percensuit, præsertim lib. xvii. cap. i. & xviii. cap. vii. Herodes novem uxores habuit, imo decem. Prima fuit Dorcas Antipatri mater. Secunda Mariamne Hyrcani neptis, & qua nati sunt Alexander, & Aristobulus, quos Antipater calumniosè impulsit occidit. filia, Salampso, quæ Phasaëlo confobrina Phasaëli fratris Herodis filio nupsit; & Cypris, quam duxit Antipater Salomes Herodis fororis filius. Tertia Mariamne altera Simonis, quam ad summum Sacerdotium evehit Herodes, filia, & qua genitus est Herodes. Quarta Marthaca Samaritana, quæ Herodem Antipater, Archelaum, atque Olympiadem filiam peperit. Quinta fuit Cleopatra Hierosolymitana, cujus filii Herodes, & Philippos. Sexta, Pallas, & qua Phasaëus. Septima Phadra; cujus filia Roxane. Octava Elpis; & qua filia Salome. His adjugetur duæ, quæ liberis caruerunt, nempe fratris filia, & confobrina. Herodis ergo filii novem recensentur. Antipater, Alexander, Aristobulus, Herodes i. Herodes Antipater, Archelaus, Herodes ii. Philippos, Phasaëus. Filia quinque, Salampso, Cypris, Olympias, Roxane, Salome. Antipater privato adhuc Herode genitus Alexandro, & Aristobulo fratris calumniosè filius exitum attulit. Ipse postea ab Herode vincit, & paullo ante mortem occisus est. Alexander à Glaphyra Archelai Cappadocia regis filia liberis suscepit duos; Alexandrum, & Tigranem. quorum iste Armenia regnum obtinuit, & sine liberis mortuus est. Ille Tigranem fratri cognominem genuit, qui Armenia rex à Nerone factus Alexandrum filium habuit, cui nupsit Jotapa Antiochi Comagenæ regis filia. Aristobulus verò quinque liberis suscepit ex Berenice Costobari & Salomes filia, mares tres; Agrippam magnum, Herodem, & Aristobulum; filias duas, Mariamnen, & Herodiadem. Agrippa, qui Judææ totius regnum assecutus est, & Cypro Phasaëli & Salampsonis F. mares duos, filias tres genuit, Agrippam & Drusum; tum Berenicen, Mariammen, & Drusillam. Ex his Drusus adhuc puer moritur. Agrippa verò cum Romanis obsidioni Hierosolymorum interfuit; quem pater moriens xvii. annos natum reliquit. Berenice patris nupsit Herodi Chalcidici regi. Mariamne Julio Archelao Chelciz filio; Drusilla Epiphani Comagenes regis filio à patre desponsa fuerant. Herodes Agrippa frater, qui & Chalcidici rex postea factus est, uxorem primum habuit Mariammen Josepho fratre Herodis, & Olympiade ejusdem filia natam, ex qua genitus est Aristobulus: qui Salomen Herodis filiam saltatricem duxit; ex qua nati sunt Herodes, Agrippas, Aristobulus. Tertius Agrippa frater Aristobulus Jotapen Sampfigerami Emesænorum reguli filian duxit; & qua Jotapam filiam surdam suscepit. Herodias porro soror Agrippæ Herodi primum nupsit Herodis magni filio ex Mariamne Simonis Pontificis filia; & quo cum Salomen filiam saltatricem genuisset, incestas & illegitimas cum Herode Antipatre nuptias con-

traxit. At Salome Philippo nupsit Herodis filio Tetrarchæ: quo sine liberis mortuo, juncta est Aristobulo Herodis Agrippæ fratris filio, ut jam diximus. Mariamne Herodiadis, & Agrippæ soror Antipatro nupsit Herodis ex Doride filio. De Herode Antipa, Archelao, & Philippo Herodis magni liberis, mox pluribus agetur. Ex Herodibus reliquis Antipa fratribus, prior è Mariamne Simonis filia genitus Salomes saltatricis maritus, ab Herode patre ex testamentis, ac spe successione abstrahit, quod ejus mater infidias Herodi struxisset. Filiarum prima Salampso Phasaëlo confobrina suo Phasaëli fratris Herodis filio nupsit. Nati sunt illis Antipater, Herodes, Alexander; filia Alexandra, Cypris. Hæc Agrippa magni conjux. illa Timii Cyprii Olympiadem verò aliam Herodis filiam Josephus duxit Herodis fratre genitus. Cyprum, Antipater Salomes Herodis fororis filius.

Ex hac Herodis stirpe quinque sexve in Scriptura commemorantur. Archelaus, Herodes Antipas, Philippos, Herodes Agrippa, Herodias, ejusque filia. De Archelao supra mentionem fecimus, ejusque initium ac finem circumscriptimus. Cepit eodem, quo Archelaus obiit, anno. Relegatus est ab Augusto, anno, si Dion creditur, Juliano li. cum decimum Tetrarchiz annum inchoasset. Post hunc Judæa cum Hierosolymis ad Romanam provinciam adjuncta est, & Syria contributa.

Herodes Antipas dicitur Marthacæ Samaritanæ filius Antipateris Archelai dicitur; ut auctor est Josephus lib. xvii. cap. i. At Temporarius Herodem Antipater Cleopatra susceptum, contra fidem Josephi prodidit. Hic ille est Joannis Præcursoris interfector, & irrifor Domini; qui post obitum parentis Galilææ Tetrarchiam Augusti arbitrio consecutus est. Idem & cum Herodiade nefarias nuptias copulavit, & ejus hortatu Roman ad Caium Imperatorem profectus est, ut ab eo regnum impetraret. Hoc enim graviter ferebat impotens femina; fratrem suum Agrippam à Caio ad eam dignitatem esse provectum. Cum igitur simulum spe virum suum incitasset, accusatus ab Agrippa, Lugdunum relegatus est; ejusque Tetrarchia donatus Agrippa. Josephus lib. xviii. cap. xviii. Contigit anno Cai quarto ineunte, Christi quadragesimo, Josephus lib. xix. pag. 603. Philippus Batanaæ, & Trachonitidis Tetrarchiam annis circiter xxxvii. tenuit, mortuusque est circa annum Tiberii xxii. Julianum lxxx. ætæ Christianæ xxxv. ut libri hujus cap. xv. demonstratum est. Errat verò Temporarius, qui Philippum è Marthaca susceptum, & Archelai filium fuisse scribit. Nam Josephus Cleopatra filium facit.

Agrippa Herodis magni nepos, Aristobuli F. quem Agrippa Herodem Lucas Act. xii. nominat, varia fortuna jagatus est, quam accuratè Josephus narrat lib. xviii. cap. viii. & ix. & lib. xix. cap. iv. Primum à Tiberio concessus in vincula, quod impensius Caio studens, imperium ipsi precatus fuerat; post illius obitum, à Caio summo in honore, ac pretio habitus, ac Philippi Tetrarchia cum regis appellatione donatus est, adjuncta Lyfania Tetrarchia, quod anno Cai primo ineunte contigit. Post anno Cai tertio, vel ineunte quarto, Herodis Antipa Tetrarchiam, hoc est Galilæam ac Peræam obtinuit, relegato, uti dictum est, Antipa. Mortuo Caio, Claudius Agrippæ regnum amplificavit; additis Judæa, & Samaria, quæ Archelao quondam ademptæ fuerant. Ita universam Herodis ditionem Agrippa recuperavit. Obiit, auctore Josepho, lib. xix. cap. ult. annum ætatis agens lvi. regni septimum: quorum primos quatuor Caio imperante transiegit. Nam Philippi Tetrarchiam regis titulo tres circiter annos obtinuit; quarto, Herodis Antipa Tetrarchiam à Caio meruit; reliquis tribus Judæa tota regnavit, Imperatore Claudio. Josephus lib. xix. pag. 603. Ita tertio, quam universam Judæam nactus est, anno exacto moritur; anno Dioclytiano xliv. Obiit Casareæ, quæ Stratonis Turris vocabatur, divinitus ab Angelo percussus, cum spectaculis interesset, ac populi sacrilegas acclamationes, & adulationes lætis auribus acciperet. Act. xii. A quibus non multum abhorret historia Josephi, capite illo vii. lib. xix. etsi in nonnullis à Luca discrepat. velut cum bubonem, super illius caput adfluisse refert;

Joseph. lib. xvii. cap. i.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.

Joseph. lib. xvii. cap. vi.